



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

SS. Joannes & Paulus MM. Fuga pravæ societatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



SS. JOANNES & PAULUS MM.

Fuga pravae societatis.

Deus, pro cuius amore, gloriosi Martyres JOANNES & PAULVS, impii Iuliani familiaritatem execrati sunt; concede ut exemplo eorum instructi, & pravorum declinantes consortia, non nisi optimis adhæreamus.

Ora pro mala societati implicitis,



IANNES & PAVLVS, S. Constantiæ Virgini-
 nis fideles quoad vixit ministri, & magna
 erga Deum pietate clari; cum relictas sibi
 ab ea opes liberaliter in pauperes Christia-
 nos erogarent, Juliani Apostatæ cupidita-
 tem iustitiamque inuenerunt, ut sub honoris specie
 eos in suum traduceret obsequium, Jove
 adorato. Verum id sibi nuntianti Teren-
 tiano Urbis Præfecto, & mortem ni pare-
 rent intentanti, responderunt, se Christia-
 nissimo Constantino olim famulatos, num-
 quam transituros in seruitutē impii deser-
 toris, nedum Jovi sacrificaturos. Hoc ille
 intellecto, mandavit sanctos fratres clam
 capite plecti, spargiq; rumorem, quod in ex-
 ilium relegati essent. Sed veritatem aperuit
 mendax alias dæmon, filium Terentiani
 ingressus. Qui cum inde esset compulsus re-
 cedere, ductus ad locum sepulturæ; credidit
 Christo ipsemet Terentianus, & similiter
 clam interfectus est. Facta hæcerant anno
 362: sed mox perempto Juliano successit
 Jovianus, requiri Sanctorū corpora iussit;
 ipsamq; eorum in qua fuerant humati do-
 mum, ecclesiam fieri.

*Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.
 Declinate à me maligni, & scrutabor man-
 data Dei mei. Psal. 118.*